

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum III.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

IN DIE B. THOMÆ

cedendum est, qui nos in hoc corpus induxit,  
tamdiu habitaturos, donec jubeat emitti, ait  
*Lactantius lib. 3. Instit. cap. 38.*

Weil mich Christus heisset gehen  
Auf der mehr als argen Welt /  
Will ich alles lassen stehen /  
Und nur thun was ihm gefälle.  
Er wird mir vor Herzeleid  
Geben Freud- und Seeligkeit.

Ex Joh. XX, 25. & 27.

*Electi fidei possunt amittere donum. :  
Hoc incredulitas vel tua Thoma! docet.*

ORACULUM SACRUM III.

*Pf. LI, 13.*

TEXTUS HEBRÆUS SACER.

אל — תְּשׁוּבָה אֱלֹהִים מִלְּפָנֶיךָ  
וְיִיחַ קִרְשָׁךְ אֵל — תִּקַּח מִמֶּנִּי :

*Versio Vulgata.*

DEUS, ne projicias me à facie tua,  
& Spiritum sanctum tuum ne auferas  
à me.

*Versio vernacula B. LUTHERI.*

HE RR / verwieff mich nicht von  
dein

APOSTOLI.

deinen Angesicht/ uund nim deinen heiligen Geist nicht von mir.

N O T A.

1. David h. l. donum Spiritus sancti expetit fiducialiter, cui fiducia locus non fuisset, nisi etiam in V. T. promissiones divinae exstiterent de dono Spiritus Sancti, quum fides innitatur promissionibus divinis Ps. XXVII, 8. Conf. Ps. CXLIII, 10. & hæc nota *contra Socinianos, existimantes, donum Spiritus sancti in N. T. demum promissum fuisse. Vid. Smalc. de Divin. Christi c. VII, p. 25. Cateches. Racov. cap. V. de Offic. Prophet. Christi. p. 232.*

2. Regius vates h. l. orat, ne Deus Spiritum sanctum à se auferat. E. tunc temporis Spiritus sanctus fuit in Davide, & quidem non tantum *ἐνεργητικός*, secundum dona, quemadmodum Sol in agro esse dicitur, quia ibi sunt radii & operationes ejus, sed etiam *ἰσχωρῶς*, vel quoad essentiam suam. Nam Spiritus sanctus non est separatus à donis suis sanctificantibus, sed in templo illo, quod donis suis exornat, etiam ipse habitat, *contra nonnullos veteres tam Græcos quam Latinos, existimantes, Spiritum S. inhabitare fideles tantum ἐνεργητικούς non etiam ἰσχωρῶς.* Inter Græcos fuit Chrysostomus, qui exponens illud Joh. XX, 22. Accipite Spiritum sanctum &c.   
 docc-

IN DIE B. THOMÆ

docebat, dona Spiritus sancti intelligi oportere, non ipsam Spiritum sanctum. Verum huic expositioni obstat textus *ovv̄i Q̄sa*, quæ aperte distinguitur Spiritus sanctus infundendo communicatus, & donum remittendi peccata collatum Apostolis per subsequentem promissionem. Cui remiseritis peccata, remissa sunt. Causa igitur efficiens cum suo effectu temere non est confundenda.

Chrysofomi vestigia etiamnum legunt *moderni Græci*.

Ex Latinis Lombardus lib. I. Dist. 14. C. producit venerabilem Bedam in Hom. Dom. I. post Adscens.

His omnibus adblandiuntur *Remonstrantes*, Lambertus Danæus, Conradus Vorstius, antehac Professor Belgicus, & alii, quorum aciem produxi parte primâ in enucleatione dicti Joh. XIV, 23. p. 12. & 22.

III. Davidem adulterium & homicidium patrandi gratiâ DEI excidisse, fidem amisisse, & Spiritum sanctum excusasse, triplici probamus argumento, quorum primum desumimus.

I. à *Davidis serâ oratione*, & ita colligimus:

Pro dono, quod amitti non potest, retinendo, non est opus ardentibus ad DEum precibus & suspiriis.

At pro retinendo Spiritu sancto opus fuit

David-

## APOSTOLI

Davidi ardentibus ad DEUM precibus & spiritu.

E. Spiritus sanctus non est hujusmodi donum, quod amitti non possit. Nec est, quod adversarii ita excipiant: Sine Spiritu Sancto nemo orare potest. At David, commissò adulterio, orat, ut patet ex hoc plasmò.

E. reliquiae Spiritus in eò manserunt, quae istos in enarrabiles gemitus dictarunt. Vide Bezam in Act. 2. p. 80. Sohnum Tom. 2. p. 2. Nam haec valet illud Augustini: Distingue tempora, & concordabit scriptura. David hunc Psalmum composuit tum demum, quum fuisset à Nathan propheta correptus, id quod factum jam tum natò filiò è Bathsebae adulterio, quod ipsum & inscriptio psalmi innuit. Conf. 2. Sam. cap. 11. & 12. quum igitur eo tempore haec à Davide dicuntur, quo Spiritus sancti gratiam recuperavit, nihil profecto hoc argumentum ad institutum adversariorum stabilendum facit.

Alterum argumentum petimus

2. à Davidis misera conditione, & inde talem extruimus fabricam syllogisticam:

Quisquis contemptò DEI verbò malum facit in conspectu DEI, & securè peccat, & inde filius mortis in judicio DEI censetur, adeò ut si in isto statu mortuus fuisset, is

dici

## IN DIE B. THOMÆ

dici non potest retinere fidem, h. e. in DEum fiduciam & Spiritum sanctum gratiose inhabitantem.

Atqui David committens primò adulterium, & postea etiam destinatò consiliò homicidium, contempto DEI verbo malum facit in conspectu DEI II. Sam. XII. 9. & securè peccat (nullam agens per menses integros decem penitentiam) & inde filius mortis in DEI iudicio censetur v. 5. & 13. adeò ut si in isto statu mortuus fuisset, Bezà etiam fatente, periisset.

E. David committens primo adulterium, & postea etiam destinatò consiliò homicidium, dici non potest retinere fidem h. e. in DEum fiduciam & Spiritum sanctum gratiose inhabitantem.

• Tertium argumentum promimus

3. à LXX. interpretum versione. David enim non simpliciter orat *μη ανέλης*, sed ut LXX. habent, *μη αντανέλης* ne iterum à me auferas. E. Spiritus semel Davidi datus, iterum post lapsum ab eo fuit ablatuſ.

Triplex hoc argumentum notandum est

I. Contra VALENTINIANOS, de quibus Irenæus lib. I. adv. hæres. cap. I. num. 32.

II. Contra JOVINIANOS, quorum error Romæ, uti etiam in Africano quodam Concilio

fuit

fuit damnatus, ut refert Hieronymus lib. 2. contra Iovinianum.

III. Contra ANABAPTISTAS, quos Augustana Confessio titulo XII, perstringit.

IV. Cum primis contra CALVINIANOS, qui cum modo nominatis Anabaptistis, ob absolutum, quod fingunt electionis & reprobationis, decretum communiter negant, semel iustificatos, etiam si peccent, gratiâ DEI excidere, fidem amittere, & Spiritum Sanctum excutere. Sic enim Beza Respons. 2. ad colloq. Mompelg. q. 74. *Non fuit David regenerationis spiritu, quem prorsus amisisset, rursus donatus, sed qui sopitus in ipso jacebat, fuit divinitus minister id Nathanis excitatus.* Et part. 1. q. velt. & Respons. sic scribit: *Spiritum sanctum nunquam eripi dico, sed veram fidem & ejus effecta in electis sic interrumpi dico, ut in iis, qui lethargô laborant, & in ebriis, in quibus impediuntur, animæ facultates, non tamen anima ipsa tollitur, quam in hoc lethargum aut ebrietatem & mortem ipsam plurimum interfic.* Eundem errorem errat Perkinsus de prædestinatione & gratiâ DEI p. 122. ita scribens: *In Davide post lapsum veræ fidet & regenerationis semen permansit.*

His alium adponunt calculum Zanchi in Miscellaneis f. 65. & 72. Piscator in Germanicis Bibliis ad c. 8. Rom. doctrina 22. Kecke-

D mannus

IN DIE B. THOMÆ

mannus in System. Theol. l. 3. cap. 7. p. 434. Polanus lib. 1. Partit. Theol. p. 213. Contra-Remonstrantes in Collat. Hagiensi ad V. Remonstr. thesin p. 341. Rectius vero his omnibus sentit & docet *Zacharias Ursinus*, dum in Cateches. p. 387. & 389. hunc in modum disferit. *Spiritus sanctus* retinetur iisdem propé modis, quibus accipitur 1. diligenti usû ministerii Ecclesiastici. 2. meditatione doctrinæ assiduâ & studio in ea proficiendi. 3. assiduâ pœnitentiâ & studio cavendi lapsus contra conscientiam. 4. assidua & seriâ invocatione DEI 5. dona DEI conferendo ad usuram h. e. gloriâ DEI & salutem proximi.

POTEST AUTEM AMITTI MULTIS MODIS, & quidem contrariis, quibus retinetur 1. contemptu ministerii Ecclesiastici 2. neglectu studii & meditationis doctrinæ 3. securitate carnali, projiciendo nos in scelera & indulgendo peccatis contra conscientiam 4. neglectu precum & invocationis DEI 5. abusu donorum Spiritus sancti. Hæc Ursinus.

Nec est quod Sohnius T. 2. p. 766. Heidelbergensis in judicio de Theisibus Zanchii: Piscator: in disput. de cert. elect. Bucanus p. 306. Beza in Actis. Paræus comm. sup. c. 9. Epist. ad Rom. dub. 17. & alii nobis opponant dictum Pauli Rom. XI, 29. *Aut quilibet in hæc omnia*

BRUNNEN

G. 171

## APOSTOLI.

*παι κτλ ἡ κλησις τῆ θεῶ, & ex eo pro inamissibilicate fidei & Spiritus sancti ita colligunt: Dona DEI sunt αὐταμελήτω, fides & Spiritus sanctus sunt dona DEI.*

E. amitti non possunt.

*Nam charismata DEI sunt αὐταμελήτω ex parte DEI offerentis & promittentis, non ex parte hominum. Quando enim homines Spiritui sancto per peccata contra conscientiam obicem ponunt, tunc DEUS subtrahit manum, & deserit eos suâ gratiâ, à quibus ipse prius est desertus. Ita tollitur talentum ab eo, qui nihil lucrabatur Matth. XXV, 28. Tunc autem fit mutatio non in DEO, quasi poenitente, sed in homine, gratiam DEI abiciente. Præterea, αὐταμελήτων non est idem quod inamissibile.*

IV. Quemadmodum distingvendum est inter renatos & electos: Ita omninò distingvendum est inter amissionem fidei **TOTALEM** & **FINALEM**. Electi **TOTALITER** quidem fidem possunt amittere nunquam **FINALITER**, quoniam secundum infallibilem DEI præscientiam electi sunt. Renati vero & **TOTALITER** & **FINALITER**, contra eosdem.

## SENTENTIÆ PATRUM.

*Quodrenati per peccata regnantia gratiâ DEI excidere, fidem amittere, & Spiritum sanctum excutere possint.*

D 2

Viden-

IN DIE B. THOMÆ

Videndum est nobis, ne propter iniquitates nostras habitaculum pectoris nostri deserat inhabitator Spiritus sanctus; *Hieronymus lib. 1. comment. in Lament. Hieremie.*

David post pœnitentiam Spiritum sanctum recepit. Si autem Spiritum Sanctum recepit, imò quia recepit, solutum est peccatum, suscepta est pœnitentia, restituta est gratia; *Chrysost. hom. 2. in Ps. 50. T. 2. p. 208. & p. 19. B.*

*Quod Spiritus sanctus habet in credentibus non tantum per dona, sed & quoad essentiam.*

Omittamus inutiles Scholarum disputationes, loquaturne David de divina persona, an de dono Spiritus? quid enim hæc etiam accuratè disputata ædificant? quum habeamus clarum testimonium Christi: Veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. *Habitat ergo Spiritus S. in credentibus, non tantum per dona, sed & quoad essentiam suam. B. Lutherus super Ps. 31.*

RHTTHMI GERMANICI.

Wie Thomas Gottes Geist durch Zweifel  
hat verlohren;

Ob er gleich durch den Geist und was er  
neugebohren.

Zuse

APOSTOLI.

Also kan Gottes-Geist die neues  
bohrne Schaar /  
Durch schweren Sünden-Fall verlie-  
ren gang und gar.

E. v. 28.

*Error eat: valeat praecepti dulcitatio mentis,*  
*Es DEUS & Dominus, Christe benigne, mea!*

ORACULUM SACRUM IV.

Rom. IX, 5.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ υἱὸς θεοῦ, ἐκ τῶν πατέρων, τὸ καὶ αἰῶνα,  
ὁ ἀνὴρ πάντων ἡμεῶν, εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰῶ-  
νας, ἀμήν.

*Versio Vulgata.*

Christus est ex patribus secundum  
carnem, qui est super omnia DEUS, bene-  
dictus in secula, Amen.

*Versio B. LUTHERI:*

Christus kömmet her aus den Vä-  
tern nach dem Fleische / der da ist Gott  
über alles / gelobet in ewigkeit / Amen.

N O T A.

1. Christus est ex patribus i. e. majoribus  
Israelitarum, & quidem τὸ καὶ αἰῶνα. E. Chri-  
stus

D 3